NOEAGIS. ⁵⁸Habet hic tropus in nocturnis differentiam unam in .e., quae habet III loca: diatesseron remissum in .a., ut: „Letentur caeli“, sesquioc-tavum remissum in .c.: „Igitur“, se, ut: „Iuste et pie“. Unde constat, ut hic tropus unam habeat differentiam in nocturnis et III loca. ⁵⁹In diurnis hic tropus ipsam habet differentiam et ipsa loca: diatesseron remissum in .a., ut: „Ecce advenit“, tonum remissum in .c.: „Sicientes“, se: „De necessi-tatibus“. ⁶⁰Huius tropi in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculo-rum amen. amen.“ In diurnis autem sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculo-rum amen.“

DE TERTIO.

⁶¹A prima specie diapason et primus propter quandam naturam inchoatur et tertius tropus, finiturque in diatesseron, in .h. scilicet; concluditurque eius forma intra diapente .o. ad .e. et diatesseron .o. ad .cc.. ⁶²Huius autem tropi talis est forma: NOEOEANE. ⁶³Habet autem hic tropus in nocturnis differentias II: unam in .m., quae habet unum locum, se: „Qui odit“, alteram in .o., quae habet unum locum, diatesseron remissum in .h.: „Qui de terra est“. ⁶⁴In diurnis autem hic tropus easdem habet differentias et

⁶¹⁻⁶⁵ Alia musica (Nova expositio) S. 187–188 § 90–93

⁵⁸ in nocturnis . . . quae] differentiam I in nocturnis quae in *Pr* differentiam in nocturnis unam in .e. quae *AM* unam] unum *BrAM* caeli] *om. Pr* Igitur] Igitur dis *Pr* ut:] *om. Pr* Unde . . . loca] *om. Pr*

⁵⁹ hic tropus ipsam] quoque eandem *Pr* et ipsa] eademque *Pr* in .a., ut] in .a. *Pr* se:] se, ut: *BrAM*

⁶⁰ *om. Pr* amen. amen.] amen. *Br*

⁶¹ in .h.] in hoc *AM* concluditurque] concludique *Br* concluditur *AM* forma] forma quae est syllabarum V Noioeane (*suprascr.* vel nonenoane) *Pr*

⁶² *om. Pr* autem] enim *AM*

⁶³ autem] *om. Pr* enim *AM* in nocturnis differentias II:] differentias II in nocturnis *Pr* II] tres *AM* in .m., quae habet] quae habet in .m. *Pr* unum] *om. Br.* Qui odit] Qui odit animam *AM* remissum] *om. Pr* Qui de terra est] *add. AM:* tertiam in .x. quae habet enarmonium remissum in .m.: „Et respicientes“.

⁶⁴ autem] etiam *Pr* enim *AM* hic tropus . . . eadem loca] differret loca aequae *Pr* easdem habet] habet easdem *Br* .m.] *om. Br* ut:] *om. Pr* Ego autem cum] Ego autem cum iusticia *BrAM* .h. locum] locum .h. *Pr* .h.] h' *Br* sanctificatus] *add. Br* fuem

eadem loca: .m., ut: „Ego autem cum“; .o. differentiam et .h. locum: „Dum sanctificatus“. ⁶⁵Huius autem tropi in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis autem sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

DE QUARTO.

⁶⁶A quinta specie dyapason, ubi finitur tertius tropus, inchoatur et quartus ab .h., scilicet et finitur in eadem .h.. Concluditur autem eius forma intra diapente, quod est ab .o. ad .e. addito sesquioctavo remisso .e. ad .c.. Huius autem tropi haec est forma: NOEAGIS. ⁶⁷Habet autem hic tropus in nocturnis differentias II: primam in .h., quae habet III loca: se: „O quam clarus est“, .i.: „Hierusalem“, sesquioctavum remissum in .e.: „Rubum quem“. Secunda differentia in .e., quae habet unum locum in .c.: „Bethlem non“. Unde constat, ut hic tropus duas habeat differentias et duplicata loca in nocturnis. ⁶⁸In diurnis autem hic tropus I habet differentiam in .m., ut: „Resurrexi“. ⁶⁹Huius autem in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis autem sic: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

⁶⁶⁻⁶⁹ Alia musica (Nova expositio) S. 189–190 § 95–97

⁶⁵ *om. Pr* In diurnis autem] In diurnis enim *AM*

⁶⁶ et finitur] ibique finitur *Pr* in eadem .h. *om. Pr* .h.] *h'Br* Concluditur autem] Concluditur haec *AM* autem] *om. Pr* forma] *add. Pr*: quae est sillabarum III^o NOEAGIS .e. ad .c.] .c. ad .e. *AM* Huius . . . NOEAGIS] *om. Pr* est forma] forma est *Br* autem] enim *AM*

⁶⁷ autem] enim *AM* autem hic tropus] *om. Pr* III] 4 *AM* loca] loca: unum in *Pr* O quam clarus est] O quam metuendus *Pr*; *add. Pr*: alterum in .e.] .c. *BrPr* Rubum quem] Rubum quam viderat *Pr* Rubum quem viderat *AM* differentia] differentia est *PrAM* quae] quod *Br* .c.] .cc. *Br* Bethlem non] Bethlem non es *Br* Bethlehem non es minima *AM*

Unde constat . . . nocturnis.] *om. Pr* habeat] habet *AM* duplicata] dedicata *AM* loca in nocturnis] in nocturnis loca *Br*

⁶⁸ autem] enim *AM* hic tropus] *om. BrPr* ut:] *om. Pr* Resurrexi] *add. Pr*: In nocturnis sunt eius differentiae II^e et loca duplicata.

⁶⁹ *om. Pr* autem] enim *AM* In diurnis] Et in diurnis *Br* autem] *om. AM*

DE QUINTO.

⁷⁰ A tertia specie diapason, quae est .y., inchoatur quintus tropus, finiturque in diapente, quod est .i.. Concluditur autem eius forma diapente, quod est .y. ad .i. addito enarmonio, quod est .y. ad .dd. Huius autem tropi haec est forma: NOEOEANE. ⁷¹ Habet autem hic tropus in nocturnis duas <differentias>: unam in .o., quae habet duo loca: se: „Obscuro Domine“, enarmonium remissum in .i.: „Vox clamantis“. Altera differentia in .y., quae habet unum locum: se, scilicet: „Hodie nobis“. ⁷² In diurnis autem hic tropus III habet differentias et III loca: se: „Exaudi Deus“, alteram in .m., quae habet unum locum in .i.: „Circumdederunt me“, tertiam in .y.: „Iustus Dominus“. ⁷³ Huius autem tropi in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

DE SEXTO.

⁷⁴ A sexta specie diapason, ubi finitur quintus tropus, inchoatur sextus, ab .i. videlicet. Concluditur tamen eius forma diapente, quod est .o. et .e. addita sesquioctava proportione ad gravem partem, scilicet .e. ad .c.. Huius autem tropi haec est forma: NOEAGIS. ⁷⁵ Habet autem hic tropus in

⁷⁰⁻⁷³ Alia musica (Nova expositio) S. 190–191 § 108–110

⁷⁴⁻⁷⁷ Alia musica (Nova expositio) S. 191–192 § 122–124

⁷⁰ Concluditur] Concluditur *Br* Concluditurque *Pr* autem] *om.* *Pr* enim *AM* diapente] *om.* *Br* intra diapente *Pr* ad .i. . . .y.] *om.* *Pr* Huius . . . forma] Cuius forma V syllabarum haec est *Pr* autem] enim *AM* NOEOEANE] Noioeane *Pr*

⁷¹ Habet . . . tropus] Habetque *Pr* in nocturnis duas differentias] duas differentias in nocturnis *AM* differentias] *om.* *PaBr* unam] unum *Br* clamantis] clamantis in *Br* Altera differentia] Alteram differentiam *AM* Secunda differentia *Pr* scilicet] *om.* *Pr*

⁷² autem] vero *Pr* hic tropus] *om.* *Pr* et III loca] Primam quae habet I locum *Pr* Deus] Deus ora . . . *Pr* me] *om.* *Pa* tertiam in .y.] tertiam in .y. tertiam in .y. *Br* tertiam in y. quae habet I locum *Pr*

⁷³ *om.* *Pr* autem] *om.* *AM* tropi] hic tropi *Br* sic currit] succurrit *Br*

⁷⁴ sextus] et sextus *Pr* tamen] *om.* *Pr* forma] forma quae est IIII syllabarum Noeais intra *Pr* et .e.] ad .e. *PrAM* Huius . . . NOEAGIS] *om.* *Pr* autem] enim *AM*

⁷⁵ autem] enim *AM* hic tropus] *om.* *Pr* veniet] um (?) *Br* Itaque . . . locis] *om.* *Pr* III] cum III *BrAM*

nocturnis differentiam I, quae habet III loca: se: „Aspiciebam“, enarmonium intensum in .o.: „Modo veniet“, diatesseron remissum in .c.: „Per memetipsum“. Itaque hic tropus I differentia III insignitur locis. ⁷⁶In diurnis autem ipsa differentia II habet loca: se: „Os iusti“, diatesseron remissum in .c.: „Qui manducat“. ⁷⁷Huius tropi in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis sic: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

DE SEPTIMO.

⁷⁸A quarta specie diapason, quae est supra mese inchoatur septimus tropus, id est .cc., et finitur in diapente .m.. Concluditur eius forma intra diapente, quod est .cc. ad .m. addita sesquioctava proportione, quod est ab .m. ad .i.. Huius autem tropi haec est forma: NOEOEAGIS. ⁷⁹Habet autem in nocturnis differentias III: unam in .cc., quae habet unum locum, diapente remissum in .m., ut: „Summae trinitati“, alteram in .y., quae habet II loca: se, ut: „Dixit Iudas“. Tonum intensum in .cc. ut: „<Aspiciens>“. Tertia differentia est in .o., quae habet II loca: se: „Adtende Domine“, tonum remissum in .m., ut: „Missus est gabriel“. De hac differentia sunt omnes antiphonae, quas vicio finis in quarto ponimus, ut: „Benedicta tu“. ⁸⁰In diurnis huic tropo una est differentia in .m., quae habet unum locum: se, scilicet, ut: „Puer natus est“. ⁸¹Sic autem in nocturnis

⁷⁸⁻⁸¹ Alia musica (Nova expositio) S. 193–194 § 146–148

⁷⁶ autem] *om. Pr* AM ipsa differentia] *om. Br* se:] in se: *Pr* manducat] manducat carnem AM

⁷⁷ *om. Pr*

⁷⁸ mese] mese id est .cc. *Pr* id estm.] *om. Pr* Concluditur] Concluditurque *Pr* forma] forma quae est III^{or} sillabarum Noeane *Pr* sesquioctava] sesquinoctava *Br* quod est] *om. Pr* Huius . . . NOEOEAGIS] *om. Pr* autem] *om. AM*

⁷⁹ autem] *om. Pr* Summae] Sume *Br* intensum] remissum *Pr* .cc.] *om. Pr* spatio intermisso Aspiciens] AM Non legibile in Pa Aspiciebam *Br* Aspiciens a longe *Pr* quae] s. *Br* se:] se, ut: *Pr* Domine] Domine ad me AM in .m.] *om. Br* est Gabriel] terga *Br* De hac] Et de hac *Br* AM

⁸⁰ huic tropo] *om. Pr* una est differentia in .m.] unam est . . . *Br* unam habet differentiam .m. *Pr* una differentia in .m. AM scilicet] *om. Pr*

⁸¹ *om. Pr* autem] enim AM

nus currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

DE OCTAVO.

⁸²A septima specie diapason, quae est .m., ubi finitur septimus, inchoatur octavus ibique finitur ubi inchoatur. Concluditur eius forma intra diapente intensum .m. ad .cc. addita sesquioctava proportione remissa .m. ad .i. . Huius tropi talis est forma: NOEAGIS. ⁸³Habet hic tropus in nocturnis differentiam I, quae habet V loca: se: „Ecce dies venient“, sesquioctavum remissum in .i., ut: „Doceam iniquos“, sesquioctavum intensum in .o., ut: „Quodcumque ligaveris“, diatesseron remissum <in .e.: . . . diatesseron intensum> in .y.: „Ecce ancilla Domini“. Unde apparet, quod hic tropus in nocturnis una differentia cum quinque locis insignitur. ⁸⁴In diurnis vero hic tropus unam habet differentiam, quae habet II loca: se, ut: „In virtute tua“, diatesseron remissum ut: „Domine ne longe“. ⁸⁵Huius tropi in nocturnis sic currit versus: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“ In diurnis autem: „Gloria patri et filio et spiritui sancto, sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.“

⁸²⁻⁸⁵ Alia musica (Nova expositio) S. 194–195 § 150–152

⁸² septimus] septimus tropus *Pr* inchoatur] inchoatur et *Pr* ibique] ibi *AM* ubi inchoatur] *om. Pr* forma] forma quae est IIII sillabarum NOEAGIS *Pr* diapente] dyapason *Pr* .m.] quod est .m. *Pr* .cc.] .c. *PaBrPr* .m.] *om. Pr* Huius . . . NOEAGIS] *om. Pr*

⁸³ desinit *cod. Pa* Habet hic tropus] Cuius *Pr* quae] *om. Pr* venient] veniunt *AM* in .i., ut] in .i. *Pr* intensum] remissum intensum *Br* in .o., ut] in .o. *Pr* ligaveris] *om. AM* diatesseron remissum . . . intensum] remissum *BrPr* .y.] .a. *Pr* in nocturnis] *om. Pr* una] *om. AM* insignitur] insignitur in nocturnis *Pr*

⁸⁴ vero] *om. Pr* autem *AM* hic tropus] *om. Pr* quae habet] et *Pr* tua] *om. Pr* remissum] remissum in (*spatium*) *Pr* Domine ne longe] *add. Pr*: EXPLICIT

⁸⁵ *om. Pr* tropi] tropis *Br* In diurnis autem:] In diurnis autem taliter currit versus: *AM*

II.
(VERSIO PRAGENSIS)

INCIPIT DE MENSURA MONOCHORDI ET DE VARIETATE
TONORUM ATQUE CHORDARUM.

¹Dulce ingenium artis musicae, quamvis plurimis instrumentis vigeat, unius tamen instrumenti via veritatem legentibus insinuat. Et quia rationalius voces omnium in uno trutinat, ideo monocordum eum vocat. De quo scribere libuit, qualiter componi et mensurari possit. ²Itaque libet fieri quadrum et concavum lignum, protensa longitudine, stricta non nimis latitudine, aequa quadratura. Quo facto superextendatur regula et trina dispositione, id est dyatonici, chromatyci, enarmonii, tractum in longum linea aequaliter dividat. ³Deinde adhibeatur circinus et partire per IIII^{or} a dextera in sinistram partem. Eritque prima pars nete yperboleon, secunda mese, tertia lycanos ypaton, quarta proslambanomenos. ⁴Deinde recuratur ad nete yperboleon et eum partire in VIII^o et octavam inferius adde et fac tonum signato paranete. Cuius octava facit alterum tonum signato trite. Rursusque tertia nete yperboleon facit nete diezeugmenon, et est semitonium, facitque symphoniam quae vocatur dyatesson habens duos tonos et semitonium, quod partitur duas dieses in enarmonio. ⁵Habetque semper enarmonium quattuor semitonia incompressa, chromaticum vero duo compressa et tria incompressa. Medietas <autem primi toni> dyatoni terminat semitonium tertium chromatici.

⁶Constat totum monocordum decorari V^e tetracordis, fiuntque per dya-

¹⁻⁷ Anonymus „Dulce ingenium“ 1-7

¹ artis] *om.* *DI* plurimis instrumentis] instrumentis plurimis *DI*

² libet] debet *DI* diatonici] diatoni *DI* tractum] tracta *DI*

³ partire] partire totum *DI* secunda] altera *DI*

⁴ fac] facies *DI* alterum] alium *DI* facitque symphoniam] fitque symphonia *DI* dieses] *suprascr.*, vel o *Pr*

⁵ autem primi toni] haec post emitonium *Pr* tertium] quartum vel tertium *Pr*

⁶ Constat] Constat autem *DI* Supradicta ratione] per supradictam rationem *DI* nete] *om.* *Pr* mesen] meson *Pr*

tesseron et clauduntur intra bisdyapason. Et facit supradicta ratione primum tetracordum nete yperboleon, secundum nete dyezeugmenon, tertium <nete> synemmenon, quod superius signatur inter paranete dyezeugmenon et mesen, quartum vero facit mesen et quintum lycanos ypaton. ⁷Suntque haec tetracorda principalium, mediarum, coniunctarum, divisarum, excellentium. Mensuranturque, sicut supra dictum est, per octavas duarum et tertia parte prioris.

⁸IN PRIMO DYAPASON E habet totum F et eius octavum, id est sesquioctavum. ⁹D totum <E> et eius octavum, id est epogdoun. ¹⁰C totum F et eius tertium, id est sesquitercium vel epitritum, id est dyatesseron. ¹¹B totum C et eius octavum, quod est tonus, vel totum E et eius tertium, quod est dyatesseron vel totum F et eius medium, quod est dyapente. ¹²A totum B et eius octavum, vel totum D et eius tertium, vel totum E et eius medium. ¹³G <habet> totum C et eius tertium. G autem, quod est trite synemmenon, habet totum D primi dyapason et eius medium, quod est dyapente.

G G A B C D E F.

¹⁴IN SECUNDO DYAPASON F habet totum G et eius octavum, vel totum B et eius tertium, vel totum C et eius medium, vel aliud F duplo. ¹⁵E totum F et eius octavum, vel totum A et eius tertium, vel totum B et eius medium, vel aliud E duplo. ¹⁶D totum E et eius octavum, vel totum G et eius tertium, quod est trite sinemmenon, vel totum A et eius medium, vel aliud D duplo. ¹⁷C totum F et eius tertium, vel totum G, paramese, et eius

⁸⁻²¹ Anonymus „In primo diapason“ GS1 121a-122a = 329b-330a

⁸ DYAPASON] *add. IP mensura*

⁹ E] *F Pr*

¹⁰ id est¹] quod est *IP* epitritum] *epitrita IP*

¹² octavum] *add. IP* quod est tonus tertium] *add. IP* quod est diatessaron medium] *add. IP* quod est diapente

¹³ habet] *haec Pr* tertium] *add. IP* quod est diatessaron quod est²] *id est IP*

¹⁴ DYAPASON] *add. IP mensura* octavum] *add. IP* quod est tonus tertium] *add. IP* quod est diatessaron medium] *add. IP* quod est diapente duplo] *add. IP* quod est diapason

¹⁵ octavum] *add. IP* quod est tonus tertium] *add. IP* quod est diatessaron medium] *add. IP* quod est diapente duplo] *add. IP* quod est diapason

¹⁶ octavum] *add. IP* quod est tonus G] *add. IP* trite sinemmenon trite sinemmenon] diatessaron *IP* medium] *add. IP* quod est diapente duplo] *add. IP* quod est diapason

¹⁷ tertium] *add. IP* quod est diatessaron medium] *add. IP* quod est diapente duplo] *add. IP* quod est diapason

medium, vel aliud C duplo. ¹⁸B totum C et eius octavum, vel totum E et eius tertium, vel totum F et eius medium, vel aliud B duplo, vel aliud F triplo. ¹⁹A totum B et eius octavum, vel totum D et eius tertium, vel totum <E> et eius medium, vel aliud A duplo. ²⁰G totum C et eius tertium, vel aliud G duplo. ²¹F totum G et eius octavum, vel totum B et eius tertium, vel totum C et eius medium, vel aliud F duplo, vel tertium F quadruplo.
F G A B C D E F G G A B C D E F.

²²Haec sint dicta de mensura monocordi. Nunc dissonantur nervi sive cordae per ordinem, in quibus perficitur et demonstratur bisdyapason consonantia:

²³PROSLAMBANOMENOS adquisitus vel adauctus interpretatur: si- F I.
quidem quia mese non erat loco media, ut utrumque dyapason coniungere posset, sed magis ypatis accedebat; idcirco super ypatis ypaton addita est haec una corda. Unde et ab aliquibus prosmelodos, id est ad melodiam addita vel adiuncta, dicitur. ²⁴YPATE YPATON, id est principalis prin- G II.
cipalium, subauditur cordarum. Nam haec prima fuit antequam proslambanomenos adderetur; eratque cordarum gravissimum resonans sonum, unde quidam sic interpretantur: ypate ypaton quasi maxime magnarum aut gravissime gravium. ²⁵PARYPATE YPATON quasi iuxta ypaton; A III.
potest autem dici subprincipalis principalium. ²⁶LYCANOS YPATON a B IIII.

²³⁻⁴² Regino Prumienis, Ep. de armonica inst. GS1 241 a-242 a

¹⁸ octavum] *add.* IP id est tonus tertium] *add.* IP quod est diatessaron medium] *add.* IP id est diapente duplo] *add.* IP id est diapason triplo] *add.* IP id est diapason simul et diapente
¹⁹ octavum] *add.* IP quod est tonus tertium] *add.* IP quod est diatessaron E] G Pr medium] *add.* IP quod est diapente duplo] *add.* IP id est diapason

²⁰ tertium] *add.* IP id est diatessaron duplo] *add.* IP id est diapason

²¹ octavum] *add.* IP id est tonus tertium] *add.* IP id est diatessaron medium] *add.* IP quod est diapente duplo] *add.* IP quod est diapason quadruplo] *add.* IP id est bisdiapason

²³ adquisitus . . . interpretatur] igitur interpretatur adquisitus vel adauctus RP ypatis²] hypatas RP prosmelodos] *add.* RP dicitur addita vel adiuncta] adiuncta vel addita RP dicitur] *om.* RP

²⁴ prima] *add.* RP semper resonans sonum] RP (MoMeVe), *rel.*: sonum resonans ypaton] *add.* RP vocatae sunt

²⁵ ypaton] *add.* RP dicitur tertia chorda

²⁶ a lingendo dictus] idcirco vocatur RP quoniam¹] quod RP digitus est] *add.* RP (MoMeVe) a lingendo lichanos dictus index digitus inveniebatur] RP (MoMeVeMcPs) *rel.*: index digitus qui est lichanos, inveniebatur quoque] RP (MoMeVeMcPs) *rel.*: itaque firmatur] RP (MoMe) *rel.*: formatur reddit sonum, principale dicitur] RP (MoMeVeMcPs) *rel.*: sonum reddit, appellatur principale.

lingendo dictus, quoniam lycanos grece index digitus est et quoniam in canendo ad eam cordam, quae erat tertia ab ypate, index digitus inveniebatur; idcirco ipsa quoque lycanos appellata est. Hoc quoque tetracordum, quia longioribus et grossioribus cordis firmatur et graviorem reddit

- C V. sonum, principale dicitur. ²⁷Has sequitur YPATE MESON, id est principalis mediarum, subaudis cordarum. ²⁸Inde PARYPATE MESON, id est E VII. subprincipalis mediarum. ²⁹LYCANOS MESON, id est tertia mediarum. F VIII. ³⁰Post autem mese octavo ponitur loco: MESE, id est media, quia inter VII^{tem} et VII^{tem} media est, vel quia finis est praecedentis dyapason et principium subsequentis et pro duabus accipitur cordis. Denique cum octava corda ad primam dyapason consonantiam resonet, non ideo XVI^{cim} cordae in bisdyapason repperiuntur sed tantummodo XV^{cim}, quia mese locum supplet <sextae> decimae cordae. ³¹PARAMESE, id est iuxta mediam posita. ³²TRITE DIEZEUMENON, id est tertia disiunctarum vel divisarum, subaudis cordarum. Diezeusis enim disiunctio dicitur, quod fit, cum duo tetracorda pleno a se differunt tono. Cum autem uno nervo medio interveniente consociantur, sinemenon, id est coniunctum dicitur. B XI. Hoc et sinalimphie <dicitur>. ³³PARAMETE DIEZEUMENON dicitur, eoquod iuxta nete sit locata, et est ultima disiunctarum, quasi neate, C XII. id est inferior. ³⁴Hanc sequitur NETE DIEZEUMENON, et est inferior D XIII. vel ultima disiunctarum. ³⁵TRITE YPERBOLEON, id est tertia excellentium. ³⁶PARAMETE YPERBOLEON, id est iuxta nete posita. ³⁷NETE F XV. YPERBOLEON ultima excellentium interpretatur. Denique hae tres ultimae cordae acutissimum et graciliorem ceteris reddunt sonum, unde excellentes appellantur. In his XV^{cim} cordis consonantiae omnes ita repperiuntur.

²⁷ subaudis] subauditur RP

²⁸ inde] om. RP mediarum] add. RP (Le): sive iuxta principalem mediarum posita

³⁰ Post autem] deinde RP ponitur loco] RP (MoMeVeMcPs) rel.: loco ponitur id est] interpretatur RP quia] ideo, quia RP media est] semper est media RP vel] sive RP accipitur cordis] RP (MoMeVeMcPs) rel.: cordis accipitur ideo] RP (Mo MeVeMcPs) rel.: hac de causa mese] add. RP: ut diximus sextae] RP quintae Pr

³²⁻³³ varius ordo verborum invenitur in RP

³² Hoc] Hinc RP dicitur] RP dicuntur Pr

³⁴ Hanc] add. RP (Le): siquides (MoMeVeMc): vero et est] id est RP

³⁵ excellentium] add. RP: subauditur cordarum

³⁶ nete] add. RP: hoc est ultimam excellentium

³⁷ ultimae] add. RP et novissimae ceteris] add. RP cordis unde] unde et RP In his] Nunc videamus, qualiter in his RP ita] consonantiae RP

³⁸Proslambanomenos a secunda corda, quae est ypate ypaton, integro I
 distat tono; estque octava a mese et resonat cum ipsa mese dyapason con-
 sonantiam. Eademque proslambanomenos ad quartam cordam, id est ad II
 lycanos ypaton, dyatesseron resonat consonantiam. ³⁹Quae lycanos ypaton
 ad mese dyapente resonat symphoniam; estque ab ea V^{ta} corda. ⁴⁰Rursus III
 mese a paramese distat tono. Itemque eadem mese ad nete diezeumenon,
 quae V^{ta} corda est, facit dyapente consonantiam. Quae symphonia dyapason IIII
 et dyapente vocatur. ⁴¹Praedicta nete diezeumenon ad nete yperboleon
 quartam a se cordam facit dyatesseron consonantiam. ⁴²Rursus proslamba-
 nomenos ad eandem nete yperboleon, id est prima cum XV^{ma}, resonat V
 bisdyapason consonantiam. Harum consonantiarum vocabula cum suis vo-
 cibus sic disseruntur.

⁴³Dyatesseron ex IIII^{or} dicitur, quia ex IIII^{or} sonis vel vocibus perficitur
 tribusque intervallis scilicet duobus tonis ac semitonio; fitque ex epitrito, id
 est sesquitercio arithmetice numero dicto. Is numerus est, quando maior
 minorem habet et eius terciam partem, veluti IIII^{or} tres et eius terciam, id
 est unum. Dyatesseron igitur in IIII^{ta} semper fit corda. ⁴⁴Dyapente ex
 quinque interpretatur; estque vocum V^c, intervallorum IIII^{or}; fitque, cum
 maior vox vel sonus totum minorem in se continet et eius medium, sive in
 acumine sive in gravitate. Et in V^{ta} semper est corda; fitque ex tribus tonis
 et semitonio atque hemiolio, id est semis et <toto>. Hemiolia est, cum
 maior numerus totum minorem habet et eius medium, ut tres vel duos et
 eius medium, id est unum. Dicitur quoque sesquialter. ⁴⁵Dyapason ex om-
 nibus interpretatur. Ex omnibus enim tonis et semitoniis consonantiisque
 perficitur. Siquidem ex dyapente et dyatesseron constat; fitque cum maior
 vox minorem dupla sui quantitate superat. In octava semper est corda, sive
 in extensione acuminis seu in remissione gravitatis; estque principalior et
 honorabilior ceteris consonantiis. Constat quoque VI tonis; fitque de plura-
 li numero, qui est, cum minor in maiore bis numeratur, ut duo in IIII^{or}.

⁴³⁻⁴⁷ cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 237b–238a, 239ab, 242b–243a

³⁸ estque octava a mese] ipsa quoque proslambanomenos a mese octava est RP cum ipsa]
 cum ea, id est cum RP dyatesseron resonat] resonat diatessaron RP

³⁹ dyapente resonat] resonat diapente RP

⁴⁰ Itemque] Item RP eadem] eademque RP (MoMeVe) est] est a mese RP

⁴¹ a se] om. RP

⁴² eandem] om. RP prima] add. RP: corda

⁴⁴ toto] RP tono Pr (MoVe)

⁴⁶ Porro dyapason et dyapente fit, cum maior vox minorem tripla sui quantitate superat in acumine vel gravitate; estque VIII tonis in XII^{ma} resonans corda; fitque de triplari numero, qui est, cum minor in maiore numeratur ter, ut III habet I ter. ⁴⁷ Bisdyapason dicitur, cum maior vox minorem quadrupla sui quantitate superat in X^aV^a scilicet corda tonorum XII^{cim}; fitque ex quadruplo numero, qui est, cum minor in maiore quater numeratur, ut III^{or} habet I quater. ⁴⁸ Dictum est, quod consonantiae consonantiis iunctae alteras fecerunt, tamen dyatesseron et dyapason iunctae nullam creant, ut Boetius Phitagorici consentiunt. Cadit enim in superpartienti genere, quod non assumitur in musica. ⁴⁹ Notandum, quod ab inaequalibus numeris fit concordia consonantiarum; suntque inaequalitatum genera in numeris V^c, sed duo tantum sumuntur ad harmonicas consonantias formandas; multiplex et superparticularis. Multiplices vero partes sunt: duplus, triplus, quadruplus. Superparticularis: media, tertia, octava. Hi VI numeri consonantias creant.

⁵⁰ Dicendum est de his, qui dicuntur tropi vel toni vel modi vel differentiae consonantiarum musicae modulationis. Quod, quanquam VIII^{to} sint soni, tamen non amplius quam VII^{cem} sunt inter se distantes tono, ex I quibus tota perficitur consonantia. ⁵¹ Dorius habet melodiam a mese et descendit ad lycanos ypaton, ascendit vero ad paranete diezeumenon habens finalem in lycanos ypaton in gravibus, in acutis in mese. ⁵² Ypodorius descendit ad proslambanomenos, ascendit ad mese habens finalem semper III in lycanos ypaton. ⁵³ Phrigius habet melodiam a paramese descenditque ad ypate meson, ascendit vero ad nete diezeumenon habens finalem in gravibus in ypate meson, in acutis in paramese. ⁵⁴ Ypophrigius habet descensum ad ypate ypaton, ascensum ad paramese habens finalem semper in ypate V meson. ⁵⁵ Lydius habet melodiam a trite diezeumenon. Descendit ad <par>-ypate meson, ascendit vero ad trite yperboleon finalem habens in gravibus

⁴⁹ cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 239a

⁵⁰ Regino Prumiensis, Ep. GS1 245a

⁵¹⁻⁵⁸ etiam in cod. Pragensi fol. 36r in tractatu anonymo

⁵⁰ soni] toni *suprascr.* soni *Pr*

⁵¹ habens . . . gravibus] habens finalem in gravibus in lycanos ypaton in acutis in mese *AP*

⁵² ad] usque ad *AP*

⁵³ descenditque] descendit *AP* vero] *om.* *AP* finalem in gravibus] in gravibus finalem *AP*

⁵⁴ habens finalem semper] semperque finalem *AP*

⁵⁵ <par>ypate] *AP* ypate *Pr* vero] *om.* *AP*

parypate meson, in acutis trite diezeumenon. ⁵⁶Ypolidius descendit ad parypate ypaton ascenditque ad trite diezeugmenon finalem habens in parypate meson. ⁵⁷Myxolidius habet melodiam a paranete diezeumenon. Descendit vero ad lycanos meson ascenditque ad paranete yperboleon habens finalem in gravibus in lycanos meson, in acutis in paranete diezeumenon. ⁵⁸Ypermixolidius descendit ad lycanos ypaton, ascenditque ad paranete diezeumenon finalem habens in lycanos meson. VIII

⁵⁹Dicendum est etiam de voce et sono, quibus constat musica. Ea creatura, quae vitali spiritu spirat, vocem dat, quae pulsu, ictu vel flatu impellitur, sonum. ⁶⁰Vox autem aut sineches est, id est continua, vel in lectione, vel dyastematike, id est cum intervallo suspensa, ut in cantu. ⁶¹Est vero sonus vocis casus emmelos, id est aptus melo, id est cantilenae in unam intensionem vel percussionem. ⁶²Ex voce vero vel sono procreatur consonantia, quae fit dissimilium inter se vocum in unum redacta concordia. Fit etiam acuti soni gravisque mixtura suaviter auribus accidente. ⁶³Econtra dissonantia est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera atque iniocunda percussio. Quae licet aurium sensus diiudicet, ratio tamen perpendit. ⁶⁴Consonantia igitur absque sono non fit, neque sonus absque pulsu vel ictu. Rursus pulsus non fit, nisi praecesserit motus. ⁶⁵Motuum vero alii sunt velociores, alii tardiores. Et si tardior ac rarior

⁵⁹ (Ea creatura)-⁶³ Regino Prumiensis, Ep. GS1 237ab

⁶⁴⁻⁶⁶ Regino Prumiensis, Ep. GS1 233b

⁵⁶ ascenditque] ascendit AP

⁵⁷ vero] om. AP ascenditque] ascendit AP finalem in gravibus] in gravibus AP in acutis in] in acutis AP

⁵⁸ ascenditque] ascendit AP

⁵⁹ spirat] adspiratur RP dat] reddit RP quae] quae vero RP

⁶⁰ Vox autem] Omnis autem vox RP sineches] sinches Pr vel in lectione] qua loquentes vel lectionem degentes verba continuatim percurrimus RP vel] aut RP ut in cantu] quam canendo suspendimus, in qua non sermonibus, sed modulis inseruimus: de qua modo sono versatur RP

⁶¹ vocis casus] RP (MoMeVe) rel.: casus vocis

⁶² abbreviatus vario ordine verborum ex RP

⁶³ Quae] Consonantiam vero RP

⁶⁴ Consonantia . . . ictu] Consonantia siquidem, quae omnem modulationem musicae regit, absque sono fieri non potest. Sonus vero absque aliquo impulsu (MoMeVe: pulsu) vel ictu non redditur. pulsus non fit] non fit pulsus RP (MoMeVe)

⁶⁵ tardior ac rarior] RP (MoMeVe) rel.: tardus ac rarius efficit sonos] RP (MoMeVe) rel.: sonos efficit quod . . . cordis] om. RP celer ac spissus] celeres ac spissi RP ut . . . cordis] om. RP

fuerit motus, graves efficit sonos, quod fit in longis cordis; sin vero celer ac spissus, acutos necesse est reddi sonos, ut in brevibus cordis. ⁶⁶Sonus igitur est aeris percussio indissoluta usque ad auditum. Ex pluribus autem motibus tam acumen quam gravitas constat. ⁶⁷Distantia vero acuti gravisque soni intervallum vel tonus, qui et epogdous, quasi epiogdous, id est superoctavus dicitur. ⁶⁸Dividitur quoque idem tonus in duo semitonia per numerum non ex aequo media. ⁶⁹Diesis autem dimidium semitonium vel limma est, id est quarta pars toni. Tetrastemoria hoc quoque dicitur, tritemoria tertia. ⁷⁰Maior itaque pars toni, apotome, semitonium <maius>. Apotome autem decisio appellatur. Constat ergo integer tonus ex apotome ac semitonio. ⁷¹Porro ab apotome semitonium distat commate, et ideo non est aliud apotome nisi semitonium minus et comma. Quod si duo semitonia minora quis auferat de tono, comma fit reliquum. Est vero comma ultimus sonus auditui subiacens. ⁷²Dimidium commatis unum scisma dicitur. Duobus scismatibus apotome a semitonio minore differt, hoc est commate. Haec de difficultate semitoniorum atque toni diximus, quae magis numerorum proportionibus quam sonorum varietate exprimi possunt.

⁷³Hae sunt partes, in quibus omnis resolvitur musica, quae bifarie accipitur: in naturali et artificiali. ⁷⁴Naturalis autem musica est, quae sola natura docente dulces modulatur modos, fitque aut caeli motu, ut phitagoricis seu astrologis musicisve videtur. Hinc nervi, id est cordae artificialis musicae

⁶⁷ (epogdous)-⁶⁸ Regino Prumiensis, Ep. GS1 243b

⁶⁹⁻⁷¹ Regino Prumiensis, Ep. GS1 244a

⁷² (-commate) cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 244b

⁷⁴ (-videtur) cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 233b

⁷⁴ (Hinc-Macrobium) cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 234b

⁶⁶ [igitur] *om.* *RP* aeris percussio] *RP* (*MoMeVe*) *rel.*: percussio aeris autem] itaque *RP*

⁶⁷ epogdous . . . dicitur] Epogdous autem dicitur quasi epiogdous, id est superoctavus. *RP*

⁶⁸ quoque idem] autem *RP* duo semitonia] *RP* (*Ve*) *rel.*: duobus semitoniiis per numerum . . . media] non quod omnino semitonia ex aequo sint media *RP*

⁶⁹ Diesis . . . tertia] dimidium semitonium diesis dicitur, estque quarta pars toni; similiter tetrastemoria quarta pars toni, tritemoria tertia pars (pars *om.* *MoMeVePs*) nuncupatur. *RP*

⁷⁰ apotome . . . appellatur] id est emitonium maius, apotome vocatur a graecis, a nobis vero potest appellari decisio, *RP* maius] minus *Pr*

⁷¹ ab . . . distat] semitonium ab apotome differt *RP* et ideo non] *Ac* (*Et MoMeVePs*) idcirco nihil *RP* Quod si] Si igitur *RP* quis . . . tono] de tono quis auferat *RP* vero] autem *RP*

⁷⁴ autem] itaque *RP* quae] *add.* *RP*: nullo instrumento musico, nullo tactu digitorum, nullo humano impulsu aut tactu resonat, sed divinitus aspirata fitque aut] quae sit (*fit MoMeVe*) aut in *RP* ut . . . Macrobium] *non verbatim ex RP*

caelesti musicae comparantur. Nam ypate meson saturno ceterique septem planetis, quamquam diverso ordine secundum Boetium atque Macrobius.
⁷⁵In humana natura musica sic deprehenditur, quod proprium eius est delectari dulcibus modis animum, exasperari contrariis. In inrationabili creatura hanc esse, ita aiunt philosophi. Cum aves quoque, ut luscinae et cigni aliaeque, sed et in mari sirenae cantus edere dulces feruntur. Iure igitur capitur musica omne quod vivit, quia caelestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica, ut Plato ait. ⁷⁶Artificialis arte et ingenio inventa; ut naturalis trifarie dividitur, hoc est in intensione cordarum, in inflatione spiritus vel venti, in percussione vasorum aereorum. Horum singula tria iterum capiunt genera: ⁷⁷Chromaticum unum est eorum, quod quasi colorabile dicitur, eo quod a naturali discedens in mollius decedit, sicut in choro mulierum ludentium auditur et ymno „Ut queant laxis“; constatque per semitonium et semitonium et tria semitonia. ⁷⁸Diatonicum aliquanto durius et naturalius nobisque ceteris aptius; progrediturque per tonum et tonum et semitonium. ⁷⁹Enarmonium magis coaptatum reliquorumque gravissimum; cantaturque per diesin et diesin et ditonium. ⁸⁰Quorum videlicet troporum sive sonorum primus grece dicitur prothus, secun-

⁷⁵ (proprium-contrariis) Regino Prumiensis, Ep. GS1 235 a

⁷⁵ (In-ait) Regino Prumiensis, Ep. GS1 236 ab

⁷⁶ cf. Regino Prumiensis, Ep. GS1 236 b

⁷⁶⁻⁷⁹ Regino Prumiensis, Ep. ad GS1 236 (v. Bernhard, Studien S. 27 f.)

⁸⁰⁻⁸⁷ Alia musica S. 196–201 § 134–141 (Nova expositio)

⁷⁵ eius] quidem humanitatis RP delectari] oblectari RP dulcibus modis animum] animum dulcibus modis RP In ... philosophi] non verbatim ex RP aliaeque] add. RP: multa capitur musica] musica capitur RP ut Plato ait] ut Platoni et eius sectatoribus placet. RP

⁷⁶ non verbatim ex RP

⁷⁷ unum est eorum] om. RP quod ... dicitur] dicitur quasi colorabile RP (MoMeVe) eo ... naturali] quod ab illa naturali RP (MoMeVe) discedens] add. RP (MoMeVe): intentione et decedit] decidens RP (MoMeVe) mulierum ludentium] ludentium mulierum frequenter RP (MoMeVe) ymno] in hymno RP (MoMe) constatque] constat autem regulariter RP (MoMeVe)

⁷⁸ Diatonicum] Diatonicum autem RP (MoMeVe) nobisque] et nobis RP (MoMeVe) progrediturque ... semitonium] vocatur autem diatonicum, quod per tonum et tonum et semitonium progrediatur RP (MoMeVe)

⁷⁹ Enarmonium] Enarmonicum vero RP (MoMeVe) reliquorumque] et reliquorum RP (MoMeVe) cantaturque] quod cantatur RP (MoMeVe)

⁸⁰ sive] sive etiam AM grece] graeca lingua AM requirit] requirunt AM evaganda] evagando AM Cui] Cui scilicet AM ad acutam vel gravem partem] om. AM aptus melo] qui emmelis, id est aptus melo, vocatur AM

